Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



12

VIGILIAS nobis huius sacratissime noctis. sicut ex
lectione euangelica fr̄es hm̄i audiuimus. resurrectio
dn̄i ac saluatoris n̄ri dedicauit. Iuste etenim hanc p
eius amore uigilis celebramus et ymnis. qui pro n̄ro amo
re in ea dormire in morte. ac de morte uoluit excitari.
nam sicut apls ait. Mortuus ē ppter delicta n̄ra. et re
surrexit propt̄ iustificationē n̄ram. Quod ipso quoq; sta
tu temporis. quo uel mortuus ē in cruce. uel a mortuis
resurrexit ostendit. Circa horam quippe nonā. cū inclina
ta iam ēt aduesperā dies. et tepefactus a meridiano fer
uore radius solis. misteriū victoriosissimę passionis con
summauit. euidenter se insinuans. ppter auferenda sce
lera quibus a diuina luce et dilectione in huius noctē
peregrinationis incidimus. crucis subisse patibulū. Sur
rexit mane prima sabbati. quę nunc dies dominica uo
catur. manifeste docens nos a morte animę resuscitatos.
in lucē ppetuę felicitatis p ducturum. Sed et aliud nob
memorabile misteriū tempore suę passionis. sepulturę.
et resurrectionis intimare curauit. Sexta quippe feria
crucifixus ē. sabbato quieuit in monumento. dominica
surrexit a mortuis. significans electis suis per sex huius
scl̄i ętates. interpericula psecutionū bonis operibus in
sudandū. in alia ait uita quasi in sabbato ppetuo requiē
animarū sperandā. porro in die iudicii quasi in die do
minica. corporū quoq; in mortaliū receptionē ēt cele
brandam. in quibus deinceps animę supno gaudio sine
fine fruantur. Quod uiuē in lectione euangelica dictū est.